Sobiekurski Suskiemu ad Summam 1000 Flor. Tenetur

Comparens personaliter Coram officio Actisque praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus Generosus Joannes Sobiekurski olim Generosi Joannis Sobiekurski Incolae Terrae Sanocensis Filius sanus mente et corpore existens, Actoriis Terrestribus Ducatus Zatoriensis Juridicionibus suis quibusvis primis sibi competentibus recedendo Huicque Jurisdictioni Castrensi Premisliensi quoad Actum praesentem attinet se et Successores suos bonaque sua quaevis omnia totaliter et plenarie in corpore et subiiciendo palam libere publice ac per expressum recognovit. Quia ipse seseque successores suos et super bonis suis quibusvis et suis pecuniis habitis et habendis inscribit et obligat praefato Generoso Christophoro Suski Successoribusque suis summam Mille Florenorum pecuniae monetae numeri in Regno Currentis quemlibet Florenum pro Triginta polonicalibus computando Certi veri iusti et liquidi debiti mutuatae pecuniae hinc pridie Festi Conversionis Sancti Pauli Apostoli in Anno Millesimo Sexcentesimo Vigesimo Nono proxime venturo clare solvere et coram officio Actisque praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus realiter et in effectu reponere et relinquere repositamque et relictam rursus ab eodem officio nunquam pro se levare neque re tollere vel quovis alio modo impugnare et subtrahere. Sin autem summam Mille Florenorum praedictam eidem recognoscens aut eius successores praefato Creditori eiusque Successoribus ob non solutionem summae praefatae principalis pro tempore et loco superius ad solvendum succumberet In Summa id Regni Fisci

Joannes

Joannes Sobiekurski praefatus Generoso Christophoro Suski eiusque Successoribus dat et concedit plenariam facultatem et omnimodam potestatem Inscriptionem praesentem de Actis ex his Actis Castrensibus authentice descriptam ad Acta Terrestria Premisliensia quandocunque voluerint transferendi et transportandi. Quae transferentia tantum valebit ac si ipsamet recognoscendo transportaretur. Pro quo quidem vadio modo praemisso ad solvendum succumbet ac summam ipsam principalem non solutam solvere teneatur. Praefatus Recognoscens Generosus Joannes Sobiekurski aut eius successores Ad Instantiam praefati Generosi Christophori Suski aut eius successorum ad officium praesens Castrense Capitaneale Premisliense extenere: esse subiicit quoad respondendum spectat mediante Terminis peremptoriis stare et comparere et parere quoniam praetensum here Inscriptioni huic satisfacere ac omni Judicialiter parere debebit et tenebitur seque et successores suos ad eadem omnia obligat Eundem Terminum primum peremptorium et alios omnes consequentes causae eiusdem Terminos Termini peremptorios vero infirmitate et maiori minorennitate successorum legem in iure relaxationem Regni servitio militari et munimenta ac omnibus exceptis quibus ex libris et legalibus impedimentis non differendo ad quietationem ultra primos Terminos officii praefati Castrensis Premisliensis deliberationem sibi non recipiendo nullasque moras appellationesque prosequendo faciendo ac Inhibitionibus citationibusque Inscriptionibus et Suspensionibus ullis Juris Generosi Terminis belli convocationibus aliisque quibuscunque Juris remediis et defensis non subterfugiendo hac sua praesenti Inscriptione ad Inhibitionem mediante.

Actum in Castro Praemisliensi Feria Secunda ante Festum Purificationis Beatissimae Virginis Mariae proxima Anno Domini 1628 31/1